Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37158
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

omnes obmutescimus Currunt ex omni parte christiani tamquam
obedientes in auxilium prophete et nos miseri tamquam ingrati
de beneficiis christi hic tacemus et nos nullo modo movemur
quin potius volentes aliquid de hiis dicere arguimur et propriam
cum suis confundimus Vere timendum nobis est ne futura mala
nos apprehendant ut qui nunc pluvia timemus fulgura
et tempestates formidabimus Quidem quantum est dolendum
de christianis quos captos perducunt qui tandem videntes
eos tamen insistere luxurie trahunt per carnem et associant
secte illorum **De inicio secte Turcorum**

Quia nunc audistis supra varios errores thurcorum
fidei katholice repugnantes et inter se diversos et fabulis
plenos Nunc videndum est de inicio eorum ut tn ondat
versutia diaboli qua ab inicio per arma sua tantum populum
dementavit et excecavit Dubitatur ergo circa illa quomodo
et per quem sumpsit inicium secta turcorum et quo tempore incepit
et qua occasione sive causa Ad hec respondetur Licet multi orien
tales prius de hac secta scripserunt qui fuerunt et contem
poranei ipsius pseudo prophete Tamen inter alios specialiter
volo eum referre que scribit quidam sanctus episcopus ysaac et cum
hoc in precessu tangere visione et prophecia illius ut christiani
tanto maiorem habent audaciam turcos impugnandi Primo
ergo dicit sanctus episcopus ysaac Quod anno domini dc 12° imperante
Eraclio in Constantinopoli surrexit quidam pseudo
propheta Machometus nomine hoc modo Quia dum quidam
christianus de finibus madian et arabie esset habundans
in camelis exercens se in mercimoniis cum dictis camelis
frequenter visitavit ierusalem ac partes syrie et egipti hinsit